JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 257r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



sufficit iudici appellacionem scriptam
a quo appellatur offerre vel porrigere
quamvis coram eo non legatur. Videtur
quod non quia appellans ad duo tenetur
debet enim appellare et in scriptis
ut in pall. c. cordi li. vi. licet alterum
sufficiat cum a diffinitiva appellatur
ut dixi s. Non tamen contra interlocu-
toriam sufficit solum offerre ii. q. vi.
Si quis libellus et sic tenetur ne vi-
deatur aperiri via malignandi etiam
et solo facto appellatur de app. cum di-
lecto. Item nota quod nomen adversarii
debet in appellacione exprimi ff. de
app. l. in fi. Et nota cautelas quas
appellans debet servare ante sententiam
quarum quedam sunt de esse quedam debe-
ne esse. De esse sunt primo ut approbat

appellans ad duo tenetur

Nota quasdam cautelas